

275
voluminis instar mentem ingeniam commotura, ne
vel novitates in religione periculosas admittat, vel Ecce-
siarum concordiam convellat, vel statui vestro in ex-
cuiendis vicinorum Principum animis periculum accer-
sat. Ita Ex. Vram bene semper valere et florere ex
animo optamus. Datum in Edibg. S. Jacobi die
mensis Aprilis quarto. Anno Domini 1593.^{to} Regni
vero nostri XXXV^{to}.

Amicissima Cognata
ELIZABETHA

D. Davidi Pareo

229/
S. Mi. Frater in Christo honorande: Quam Tibi ita faveat Do-
ctorum Magister CHRISTVS, ut etiam tibi dederit scriptis et
voce erudire absentes et eos, quorum studia gubernas. Quis no-
strum non Tibi eos honores gratuletur, quibus Te dignum esse
res ipsa loquitur? Polanus noster tibi meo quoque nomine
gratulabitur publice, ut Amicos, quos Basilea tui amantes
habet tibi ex toto corde favere intelligas; Etsi Steinbachium
de quo scripsisti, Deo imprimis dare gloriam, et Ecclesie, quam
secundum affectu, satisfacere, et quidem publice exquisitum
est: scio tamen etiam me faciente το εὐχόμενος ἵνα
satisfacturam Ecclesiam, ut maxime Lycopanta horribili-
ter tumultuaturi sint. Utinam autem hi suas vomicas
tandem aliquando agnoscant. Optant nostrum quidam
Te et alios fratres linguarum peritos nobis aliquando ex-
hibere novam vernaculamque Novi Testamenti librorum

versionem: cū tuis Didascalis Emblematis. Huberum
suis intolerabilem tandem fore, pridem mihi persuasi: senti-
ent ejus Patroni colubrum se in sinu fuisse: et sanè digni
sunt, qui stent litis preferunt, ut deat poenae.
Recte mores, socias preces nobis pro Electore et ejus novā
nuptā concipiendas, ut sit conjugium concors, fecundum.
Gaudet autem nos Deus. Salatem dico Charissimis tuis collegis
et Doctissimo Quirinio Reitero. Scripsi defatigatus fundendis
epistolis. Servet te D. Jesus. Basilea 24. Julij 1593.
Tuas Joh. Gryneus.

230)

Martinus Sydius Davidi Pareo
Salatem in Christo Jesu. Literis illis tuis, D. Doctor, quibus per
M. Roggiū missis de praedestinationis dogmate. ad me scri-
pseras, jam ipsis vernis nundinis, immo ante respondi. Sed
intelligo literas illas fortasse non ante autumnales nundinas
tibi redditas esse. Ergo itaque, ut mihi significes, an illas
vel tandem acceperis. Si enim interciderunt, repetam scri-
ptionem, nam exemplar mihi retinui. Si autem acceperis,
valde rogo, ut ad Epistolam mihi respondere non graveris.
ostenderam enim videri mihi penitus adversari istis, quae scri-
pseras ad me, D. Zanchium. Agnosco D. Ursinum ad minu-
endam invidiam, quam concitare nobis Jacobus Andrea studebat,
ita in Respons. ad formulam concordiae locutum. Sed, Mi D. Pa-
reo, non credas quomodo illis locis abutantur, qui et à vobis
et à nobis in doctrinā de Praedestinatione dissentiant. Colli-
gant enim inde, si reprobatio sumta pro decreto puniendi
vel ordinatione ad damnationem, causam proximam ha-
bet peccatum reproborum: igitur eandem habere causam
etiam repro-